

**H**oratij Satyra prima  
**Q**uinti Horatij Flacci Sermonum Liber primus.

**S**atyra prima

**Q**ui sit mecoenas. vt nemo quam sibi sor ten  
 Seu ratio deterit: seu soris obiecerit. illa  
 Contentus viuat: laudet diuersa sequentes.  
 O fortunati mercatores grauis annis  
**M**iles ait multo iam fractus membra labore.  
**C**ontra mercator nauem iactantibus austris  
**M**ilitia est potior. quid em: concurritur horae  
**M**omento: cita mors venit. aut victoria leta.  
**A**gricolam laudat iuris legumq; peritus.  
**S**ub galli cantum consultor vbi hostia pulsat:  
**I**lle datus vadibus qui rure extractus in urbem est.  
**S**olos foeciles viuentes clamat in urbe.  
**C**etera de genere hoc ateo sunt multa loquacera  
**D**elassare valent fabium. te ne morer audi  
**Q**uo rem deducam: si quis deus en ego dicat  
**J**am faciam quod vultis. eris tu qui modo miles  
**M**ercator. tu consultus modo rusticus. hinc vos  
**V**os hinc mutatis discedite pertibus eia.  
**Q**uid statis nolint. at qui licet esse beatis  
**Q**uid cause est. merito quin illis iuppiter ambas  
**I**ratus buccas inflat. neq; se forte posthac  
**L**am facilem dicat: votis ut prebeat aurem.  
**P**reterea ne sic. vt qui iocularia ridens  
**P**ercurram. quanq; ridentem dicere verum.  
**Q**uid vetate ut pueris olim dant crustula blandi  
**D**octores elementa velint ut discere prima.  
**S**ed tamen amoto queramus seria ludo.  
**I**lle grauem duro terram qui vertit aratro.

**H**oratij Satyrā prima  
Perfidus hinc campo.miles.nautęqz per omne  
Audaces mare qui currunt.hac mente laborem  
Hese ferre senes:vt in ocia tuta recedant  
Aliunt:cum sibi sint congeta cibaria:sicut  
Paruula:nam exemplo est magni formica laboris:  
Ore trahit quodcūqz potest:atqz addit aceruo  
Quem struit haud ignara ac non inculta futuri.  
Quę simul inuersum contristat aquarius annum:  
**N**on vsquam prozepit.z illis vtitur ante  
Quęstis patiens.cum te neqz seruidus qstus  
Dimoueat lucro:neqz hyens.ignis.mare ferrum  
**N**il obstet tibi.dum ne sit te ditor alter.  
Quid iuuat immensum te argenti pondus z auri  
Furtim defossa timidum deponere terra:  
Quod si cōminias vilem redigatur ad assēm  
At ni id sit.quid habet pulchri constructus acerius:  
**M**ilia frumenti tua triuerit area centum  
Non tuus hoc capiet venter plusquā meus.vt si  
Reticulum panis venales inter honusto  
Forte vehas humero.nihilo plus accipias qz  
Qui nil portarit.vel dic quid referat intra  
Nature fines viuenti iugera centum:an  
**M**ille arct:at suane est ex magno tollere aceruo:  
Dum ex paruo nobis tantundem haurire relinquas  
Cur tua plus laudes cum eris granaria nostris:  
Ut tibi si sit opus liquidī non amplius vna  
Vel cyatho.z dicas magno de lumine mallem.  
Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere.co sit  
Plenior ut si quos delectet copia iusto.  
Cum ripa simul auulos ferat ausidus acer.  
Atqui tantuli eget quanto est opus.is neqz limo

**H**oratij Satyra prima

Turbatam haurita quam. neq; vitam amittit in vndis  
 At bona pars hominum recepta cupidine falso  
 Nil satis est: inquit quia tanti. quantum habeas sis  
 Quid facias illi. uberas miserum esse libenter:  
 Quatinus id facit. ut quidam memoratur athenis  
 Gordibus ac diues populi contemnere voces  
 Sic solitus. populus me sibilat. at mihi plando  
 Ipse domi: simul ac nūmos contemplor in arca.  
 Tantalus a labris sitiens fugientia captat  
 Flumina. quid ridens. mutato nomine de te  
 Fabula narratur. congestis vndiq; saccis  
 Indormis inhians. et tanq; parcere sacris  
 Cogeris. aut pictis tanq; gaudere tabellis  
 Nescis quo valeat nūmis. quem prebeat vsum  
 Panis ematur. holus. vini sextarius. adde  
 Quis humana sibi dolet natura negaris  
 An vigilare metu examinem nocteq; diesq;  
 Formidare malos fures. incendia. seruos.  
 Ne te complicant fugientes hoc iunat: horum  
 Semper ego optarem pauperrimus esse honorum.  
 At si condoluit tentatum frigore corpus.  
 Aut alius casus lecto te afflixit. habes qui  
 Assideat. somenta paret: medicum roget. ut te  
 Suscitet. ac reddat natis charisq; propinquias.  
 Non uxor salutē te vult. non filius. omnes  
 Uicini oderunt. noti. pueri atq; puelle.  
 Miraris: cum tu argento post omnia ponas:  
 Si nemo prestet: quem nō merearis amorem?  
 At si cognatos nullo natura labore:  
 Quos tibi dat retinere velis. seruareq; amicos:  
 In felix operam perdas: ut si quis asellum

## **H**oratij Satyræ prima

In campum doceat parentem currere frenis.  
Deniqz sit finis querendi:cūqz habeas plus:  
Pauperiem metuas minus.z finire laborem  
Incipias:parto quod auebas:nec facias quod  
Unidius quidam.non longa est fabula.diues  
Ut metiretur nummos:ita sordidus ut se  
Non vñqz melius seruo vlestiret:adulqz  
Supremum tempus:ne se penuria vctus  
Opprimeret:metuebat:at hunc liberta securi  
Duisit medium fortissima tundari darum.  
Quid igitur suades ut viuam meuius:aut sic  
Ut noimentanus:pergis pugnantia secum  
Frontibus aduersis componere.non ego auarum  
Cum vero te fieri vappam iubeo ac nebulonem:  
Est inter tanaim quiddam:socerumqz viselli.  
Est modus in rebus:sunt certi deniqz fines:  
Quos vltra citraqz nequit consistere rectum.  
Illiuc vnde abij redeo.nemo ut auarus  
Se probet.ac potius laudet diuersa sequentes:  
Quicdqz aliena capella gerat distentius vber  
Tabescat:neqz se maiori pauperiorum  
Turbe comparet:hunc atqz hunc superare laboret.  
Hic festinanti semper locupletior obstat.  
Ut cum carceribns missos rapit vngula currus  
Instat equis auriga suis vincentibus:illum  
Præteritum temnens extremos inter euntem.  
Inte fit ut raro quis se vixisse beatum  
Dicat z exato contentus tempore vite  
Ledat.vti cōiuia satur:reperiire queamus.  
Jam satis est.nemē crispini scrinia lipi  
Compilasse putas:verbum non amplius addam;

**C**finis





